



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

Seculum VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

## SECULUM VI.

## XII. CARENTINVS.

**C**arentinus sedit per annos 20. regnantibus in Francia Sigeberto & hujus filio Childeberto, quorum favoribus tutus Coloniam partim novis, partim instauratis exornavit templis: unde cecinit Poeta;

Templa Carentinus qui plurima struxit in urbe,  
Ingenti gessit Religione Pedum.

## XIII. D. EBREGISILVS.

**D**ebregisilus per annos pariter 20. floruit Coloniensium Episcopus Guntramo Francorum, & Childeberto juniori Austrasiz Regi acceptissimus. Pars corporis sepulta, sed inde inter Reliquias sacras merito numerati, Tuitium translata quiescit miraculis clarissima. Sedit an. 20. mortuus an. 600.

## SECULUM VII.

## XIV. REMEDIVS.

**E**tiam Remedius annis 20. Coloniensium Episcopus docuit illa ætate, qua Theodobertus Austrasiz Rex pulsus, Colonia capta, & oves unà cum pastore suo sunt dispersæ, atque ad macellum raptæ: laudes proinde Remedio scripsit Poeta hoc compendio:

Remidius medicâ sanavit vulnera dextrâ,  
Et pepulit morbos à grege sæpe suo.

## XV. S. CVNIBERTVS.

**S**. Cunibertus Dagoberto II. Austrasiz Regi moderator à re-  
gio genitore Sigeberto datus, munus suum ea morum  
U inte-